

teri ecclesie knifsta fratris mei, sigillum meum presentibus est appensum, Datum et actum apud benamar Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. feria secunda ante beatorum martirum Tiburcij et valeriani proxima.

Sigillen N:o 1 och 6 finnas nästan oskadade; N:o 2—5 och 7 bortfallna, remsorna kvar.

1542.

1307 d. 12 Apr.

Svingarn.

PHILIP ULFSSONS bytesbref på Sjökarläby, som lemnas till Petrus Jungfru, i utbyte mot hans gård i Defwingsö.

A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, PHILIPPUS ULFSSON, salutem in domino sempiternam, ne quod veritas approbat .a. posteris trahatur in dubium viuaci solet testimonio litterarum liquido perhennari. Tenore igitur presencium ad communem proferimus nocionem, quod cum dilecto et fideli nostro, petro dicto jvnctrw commutationem prediorum facimus in hunc modum videlicet quod eidem petro, suis que heredibus, curiam nostram syokarlaby, cum agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis, et ceteris pertinenciis, intra sepes, et extra, longe vel prope positis, damus et tradimus, cum pleno proprietatis, et possessionis dominio, iure pleno et perpetuo possidendam, Recipientes nobis, et nostris heredibus, in recompensationem curie nostre predictae, curiam eiusdem petri, cum omnibus et singulis suis pertinenciis vbicunque locorum situatis, in defwinxø sitam, consimili pleno iure in perpetuum possidendam, ablata nobis, nostrisque heredibus omni facultate, hanc commutationem villo vmquam ingenio reuocandi. In cuius rei euidenciam, sigilla magnificorum principum, dominorum nostrorum, E. et W. ducum swecie illustrium petiuimus, et optinimus, vna cum sigillo nostro presentibus apponenda, Datum swinagarn, anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. feria quarta proxima ante tiburcii et valeriani.

Sigillen N:o 1, 3 bortfallna, remsorna kvar; af N:o 2 finnes ett fragment.

1543.

1307 d. 16 Apr.

Ekolsund.

Hertigarne ERIKS och WALDEMARS skydds- och frihetsbref för Skokloster.

D. 7: 479 \*).

Omnibus praesens scriptum cernentibus ERICUS et WALDEMARUS Dei Gratia Duces Sweorum, salutem in domino sempiternam. Constare volumus omni-

\*) Derstädes efter originalet.